to melius curantur oues, tanto melius ſuam exonerat conſcientiam Epiſcopus corã Deo, & hominibus. Hæc ille Doctiſſimus vir & vtriq; Sanctus. Cuius verba non me tęduit huc transferre, tum vt intelligant Domini Epiſcopi non minus eorum exonerari conſciẽtiam per fratres animarum curam ex charitate exercentes, q̃; per Parochos ex iuſtitia & obligatione adminiſtrãtes. Tum etiam propter verba illa Catholici Regis ad venerabiles Epiſcopos in iam relata Epiſtola in fine. Ya mi [ſcilicet] me dareys muy particular relacion ſi cumplẽ de ſu parte, eſto que a ellos toca, y han de hazer preciſſamente y de obligacion: con lo qual parece os podran ayudar y cumplir con vueſtros officios paſtorales: mirando por la ſalud de las almas que eſtan a vueſtro cargo, y de que aueys de dar tan eſtrecha cuenta a nueſtro Señor. Quæ verba manifeſte oſtendunt Epiſcoporum ſcrupulos ante Regiam majeſtatẽ præſentatos Regẽ permouiſſe, vt fratres ad animarũ curã acceptãdã ex iuſtitia & obligatione induxerit, & concitarit. Ipſi vero filiorum Neophytorumque imminentem ruinam timentes, multis percalcatis & peſſundatis difficultatibus, & quod

¶**** 4 non